

partim in ætate puerili a curis negotiis-que immunitas, ac libertas: partim, in proiectiori ætate vel cælibatus, vel mi-nisterium ancillarum, quæ etiam matro-nas locupletiores a negotiis domesticis magna ex parte liberare solent. Quar-to, Finis ei sit, non vana gloria, & ostentatio; aut inutilis quædam curio-sitas; sed præter finem generalem, Glo-riam Dei, scilicet, & animæ suæ salu-tem; ut & ipsa tanto melior evadat ac felicior; & familiam (si id ei muneric incumbat) erudiat ac dirigat, & toti et-iā Sexui, quantum fieri potest prosit.

- a) De puellarum eruditione quæ partim apud divites extraneos, partim domi erudieban-tur, legendi *Liv. lib. 3. Plin. Epist. 17. lib. 1. Athen. lib. 1. Plut. lib. de Educ. liber. Gordia. l. 15. de negot. gest. Fornar. ad Cassiod.*

Limitationes Prædicati.

Studium Litterarum sic limito, ut omnes quidem honestas disciplinas, sive universam ἐγκυρωπαδεῖαν, ut vocant, Christianæ fœminæ (tanquam proprium ac universale hominis bonum seu orna-mentum) convenire omnino arbitrer-
sed